

Die 26. Ianuarii

**SS. PP. NN. Roberti, Alberici et Stephani  
Abbatum et Fundatorum O. N.**

Sollemnitas

Collecta

**Omnipotens sempiterne Deus,  
omnia pro Christi Filio tuo relinquentium  
merces magna nimis,  
da nobis exemplo et intercessione  
sanctorum Patrum nostrorum  
Robert, Alberici et Stephani abbatum,  
ad vitam aeternam toto mentis studio festinare.  
Per Dominum.**

alia Collecta

**Deus, qui in sanctorum operibus  
religionis nobis testimonium reliquisti,  
da, quae sumus,  
ut, eorum erudit spiritualibus institutis,  
eandem fidem per dilectionem exercere  
in bono opere studeamus.  
Per Dominum.**

Lectio I: Sir 44, 1.10-15.

Ps. resp.: Ps. 149

Lectio II: Hebr 11, 1-2.8-16.

Alleluia: Mt 11, 25.

Evangelium: Mc 10, 24b-30.

Super oblata

**Preces nostras, Domine, quae sumus propitiatus admitte,  
et, ut digne tuis famulemur altaribus,  
Sanctorum tuorum nos intercessione custodi.  
Per Christum.**

Praefatio

**Vere dignum et iustum est, aequum et salutare,  
nos tibi semper et ubique gratias agere:  
Domine, sancte Pater, omnipotens aeterne Deus:  
Per Christum Dominum nostrum.  
Quoniam sanctos abbates  
Robertum, Albericum et Stephanum  
una caritate ferventes,  
ad imitationem Christi pauperis vocasti,  
et eos in schola dominici servitii  
multorum patres efficisti et magistros.  
Et nos, dum eorum vestigia persequimur,  
caelesti Ierusalem et peregrinanti Ecclesiae sociati,  
Te laudamus in gaudio confitentes.**

Post communionem

**Omnipotens sempiterne Deus,  
Pater totius consolationis et pacis,  
praesta familiae tuae in Calebritate Sanctorum  
ad laudem tui nominis congregatae,  
et, per Unigeniti tui sumpta mysteria,  
pignus accipiat redemptionis aeternae.  
Per Christum.**